Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Ex Libro Secvndo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

τόσης διαλυπεμένης, καὶ ἀστέρων αὐτὸν κύκλῳ περιθεόντων, ἴριδος τρόπῳ, καὶ πρὸς γραμμάτων χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων· τὰ δ᾽ ἄρα ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ, ἐν τούτῳ νίκα.

7. Ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου, οὗτος τὸν ἀλεξανδρείας φησὶν ἀλέξανδρον καταλαβόντα τὴν νικομήδειαν, καὶ ὁσίῳ τε τῷ κορδούβης ἐντυχόντα καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις, συνοδικαῖς ψήφοις ἀνομολογῆσαι παρασκευάσαι ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸν ἄρειον ἀποκηρύξασθαι.

8. Μετ᾽ οὐ πολὺν δὲ χρόνον καὶ τὴν ἐν νικαίᾳ συστῆναι σύνοδον, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων θεοῦ, καὶ βασιλέα τὸν ἀμασείας ἐπίσκοπον παρεῖναι, καὶ μελέτιον τὸν Σεβαστουπόλεως.

9. Ὅτι καὶ αὐτὸς συνομολογεῖ πάντας ὁμοφρονῆσαι τῷ ἐν νικαίᾳ τῆς πίστεως ὅρῳ, πλὴν σεκούνδου τοῦ πτολεμαΐδος, ᾧ καὶ θέων ὁ τῆς μαρμαρικῆς ἠκολούθησεν. τὸ δ᾽ ἄλλο στῖφος τῶν ἀρειανῶν ἐφόρων, εὐσέβιός τέ φημι ὁ νικομηδείας ὃν οὗτος ἀποθειάζει μέγαν, καὶ θέογνις ὁ νικαίας, καὶ μάρις ὁ χαλκηδόνος, καὶ ἡ ἄλλη φάλαγξ, πρὸς τὴν σύνοδον μετετάξατο· δόλῳ μὲν, καὶ οὗτός φησι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐν τῇ τοῦ ὁμοιουσίου φωνῇ ὑποκλέψαντες· πλήν γε συμφρονεῖν τοῖς συνοδικοῖς ψηφίσμασιν ἀναδεξάμενοι, κωνσταντίνας τῆς τοῦ κωνσταντίνου βασιλέως ἀδελφῆς εἰσηγησαμένης αὐτοῖς τὴν εἰς τοῦτο παραίνεσιν.

10. Λέγει δὲ καὶ σεκοῦνδον ὑπερορίζόμενον εἰπεῖν πρὸς εὐσέβιον, εὐσέβιε ὑπέγραψας, ἵνα μὴ ἐξορισθῇς· πιστεύω τῷ θεῷ δι᾽ ἐνιαυτοῦ σε δεῖ ἀχθήσεσθαι ἀπαγόμενον· καὶ γεγονέναι τῷ εὐσεβίῳ τὸν ἐξοστρακισμὸν μετὰ μῆνας ἀπὸ τῆς συνόδου τρεῖς, καθὰ καὶ σεκοῦνδος προεῖπε, πρὸς τὴν ἰδίαν κατὰ τὸ προφανὲς ἀσέβειαν ἀνατρέψαντι.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ὅτι ὁ φιλοψευδὴς οὗτος κακοσόργιος, μετὰ τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ τὴν ἐκ προδήλου τῶν περὶ τὸν εὐσέβιον πρὸς τὴν εὐσέβειαν παλινῳδίαν, τὸν βασιλέα φησὶ κωνσταντῖνον τούτους μὲν δίκην εἰσπράξασθαι, ἀνθ᾽ ὧν ἄλλα φρονοῦντες τῷ ὁμοουσίῳ ὑπεσημήναντο· τοὺς δὲ περὶ σεκοῦνδον ἀνακαλέσασθαι καὶ γράμματα πανταχοῦ διαπέμψαι, τὸ μὴν ὁμοούσιον διασύροντα,

A circa eam currentibus inſtar cœleſtis arcus, & litterarum formam exprimentibus. Porro litteræ Latino ſermone hæc verba deſignabant: In hoc vince.

7. Ait Philoſtorgius, ante Synodum Nicænam Alexandrum Alexandriæ Epiſcopum, cùm veniſſet Nicomediam, & collocutus eſſet cum Oſio Cordubenſi, aliiſque Epiſcopis qui unà cum illo erant, perfeciſſe, ut ſynodali ſententia Filium Patri conſubſtantialem eſſe profiterentur, & Arium à communione removerent. Nec multo pòſt congregatam eſſe ſynodum apud Nicæam: Cui præter reliquos Antiſtites
B Baſileus Amaſiæ Epiſcopus, & Meletius Sebaſtopoleos interfuerunt.

8. Fatetur etiam Philoſtorgius, cunctos Epiſcopos expoſitioni fidei quę Nicææ facta eſt conſenſiſſe, excepto Secundo Ptolemaidis Epiſcopo, quem ſecutus eſt Theon Epiſcopus Marmaricæ. Reliqua autem caterva Arianorum Antiſtitum, Euſebius inquam Nicomedienſis, quem Philoſtorgius Magnum cognominat, Theognis Nicænus, & Maris Chalcedonenſis Epiſcopus & cæteri omnes, ſententiam ſynodi amplexi ſunt: doloſe quidem ac fraudulenter, ut teſtatur etiam Philoſtorgius,
C cùm ſub voce homouſii τὸ ὁμοιούσιον callide occultarent. Sed tamen ſynodi decretis conſentire non recuſarunt, cùm Conſtantina ſoror Imperatoris Conſtantini hoc conſilium eis ſuggeſſiſſet.

9. Addit Philoſtorgius, Secundum, cùm in exilium proficiſceretur, Euſebio dixiſſe: Euſebi ſubſcripſiſti, ne in exilium mittereris. Ego verò Deo id mihi revelanti confido, te intra annum in exilium abductum iri. Sane Euſebius tribus menſibus poſt ſynodum exactis relegatus eſt, quemadmodum Secundus prædixerat, cùm ad priſtinam impietatem palàm reverſus eſſet.

D

EX LIBRO SECUNDO.

Ait mendaciſſimus Philoſtorgius, poſt univerſalem ſynodum & poſt Euſebianorũ palinodiam adverſus Religionem, Imperatorem Conſtantinum eos quidem pœna affeciſſe, propterea quod cùm aliter ſentirẽt, homouſio nihilominus ſubſcripſerant: Secundũ verò cum ſociis ab exilio revocaſſe, litteras etiam quaquaverſum miſiſſe, quib⁹ conſubſtantialis quidẽ vocẽ explode-

bat, diſſimilis autem ſubſtantiæ fidem confirmabat. Quibus litteris Alexandrum quoque Epiſcopum Alexandriæ ſubſcripſiſſe dicit, & ob hanc cauſam Arium etiam ei communicaſſe. Sed cùm metus ab Imperatore deinceps ceſſaret, Alexander quidem ad priorẽ ſententiam rediit. Arius verò una cum ejuſdem opinionis aſſertoribus, ab Alexandro ab Eccleſia ſeceſſit.

2. Ait Arium, cùm ab Eccleſia receſſiſſet, cantica nautica & molendinaria ac viatoria conſcripſiſſe, aliaque ejuſmodi compoſuiſſe, quæ certis modulationibus aptavit, prout unicuique cantico convenire exiſtimabat: Atq; ita imperitiorum animos ſuavitate cantus ad impietatem ſuam ſenſim abduxiſſe.

3. Etſi Arium divinis laudibus efferat Philoſtorgius in eo quod divinitatẽ Filii oppugnat, abſurdis tamen erroribus eum implicari dicit, eò quòd paſſim affirmet Deum nec cognoſci, nec comprehendi, nec mente concipi poſſe: Idque non ab hominibus ſolum, quod malum tolerabilius eſſet, ſed ne ab ipſo quidem unigenito Dei Filio. Et ad hujus erroris abſurditatem, non Arium modò, verum etiam pleroſq; alios ea tempeſtate ſimul cum illo arreptos eſſe. Excepto enim Secundo ac Theona, & diſcipulis Luciani Martyris, Leontio ſcilicet, Antonio & Euſebio Nicomedienſi, reliqua impiorum cohors hanc ſententiam amplexa eſt.

4. Ait Philoſtorgius Conſtantinum Novercæ calumniis circumventum, Criſpum filium interemiſſe. Eam verò poſtea, cùm in adulterio deprehenſa fuiſſet cum quodam ex Curſoribus, calore balnei ſuffocari juſſiſſe. Nec multo poſt Conſtantinum, dum Nicomediæ moraretur, pœnas cædis filio perſolvẽtem, à fratribus ſuis veneno necatũ eſſe.

5. Ait Philoſtorgius, Urſilam ex Tranſiſtrianis Scythis, qui ab Antiquis quidem Getæ, nunc verò Gothi appellantur, maximam hominum multitudinem in Romanum ſolum traduxiſſe, qui pietatis cauſâ ex patriis ſedibus ejecti fuerant. Eam autem Gentem ad Chriſti fidem olim tranſiiſſe hoc modo; Cùm Valerianus & Gallienus imperium adminiſtrarent, ingens multitudo Scytharum trans Iſtrum degentium, in Romanorum ditionem trajecit. Et Europæ quidem magnam partem excurſionibus infeſtarunt. Deinde

A κρατύνοντα δὲ τὸ ἑτεροούσιον· οἷς γράμμασι καὶ τὸν ἀλέξανδρον ἀλεξανδρείας ὑπογράψαι, καὶ διὰ τοῦτο συνελθεῖν αὐτὸν καὶ τοὺς περὶ ἄρειον. τοῦ δὲ ἐκ βασιλέως ἠρεμήσαντος φόβου, τὸν μὲν ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀναδραμεῖν γνώμην· τὸν δὲ ἄρειον πάλιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἐκκλησίας σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀποστῆναι.

2. Ὅτι τὸν ἄρειον ἀποπηδήσαντα τῆς ἐκκλησίας φησὶν ᾄσματά τε ναυτικὰ καὶ ἐπιμύλια καὶ ὁδοιπορικὰ γράψαι, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συντιθέντα, εἰς μελῳδίας ἐντεῖναι, ἃς ἐνόμιζεν ἑκάστοις ἁρμόζειν, διὰ τῆς ἐν τοῖς μελῳδίαις
B ἡδονῆς ἐκκλέπτων πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τοὺς ἀμαθεστέρους τῶν ἀνθρώπων.

3. Ὅτι τὸν ἄρειον ἐν τῷ θεομαχεῖν, καὶ τοῦ υἱοῦ ὑπερθειάζων, ἀτόποις ἐνέχεσθαί φησι, διότι ἄγνωστόν τε τὸν θεὸν καὶ ἀκατάληπτον πανταχοῦ καὶ ἀνεννόητον εἰσηγεῖται· καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνοις, ὃ κακὸν μετριότερον ἴσως, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ θεοῦ· καὶ πρὸς ταύτην φησὶ τὴν ἀτοπίαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μὴ ἄρειον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλείους αὐτῶν συναπενεχθῆναι· πλὴν γὰρ σεκούνδου καὶ θεωνᾶ, καὶ τῶν
C λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος μαθητῶν, λεοντίου τε καὶ ἀντωνίου, καὶ τοῦ νικομηδείας εὐσεβίου, τὸ ἄλλο τῆς ἀσεβείας σύνταγμα πρὸς ταύτην ἀπορρυῆναι τὴν δόξαν.

4. Ὅτι φησὶ τὸν κωνσταντῖνον ἀνελεῖν τὸν ἴδιον παῖδα κρίσπον, διαβολαῖς τῆς μητρυιᾶς συναρπασθέντα· κἀκείνην δὲ πάλιν φωραθεῖσαν τινι τῶν κουρσώρων μοιχωμένην, τῇ τοῦ λουτροῦ ἀλέᾳ ἐναποπνιγῆναι προστάξαι· καὶ τῷ παιδίῳ τοῦ ξίφους διδόντα κωνσταντῖνον τὴν δίκην,
D μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν φαρμάκοις κατὰ τὴν νικομήδειαν διατρίβοντα ἀναιρεθῆναι.

5. Ὅτι οὐρφίλαν φησὶ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐκ τῶν πέραν ἴστρου σκυθῶν, οὓς τὸ μὲν πάλαι γέτας, τὸ δὲ νῦν γότθους καλοῦσι, πολὺν εἰς ῥωμαίων διαβιβάσαι λαὸν, δι' εὐσέβειαν ἐκ τῶν οἰκείων ἠθῶν ἐλαθέντας· χριστιανίσαι δὲ τὸ ἔθνος τρόπῳ τοιῷδε. βασιλεύοντος οὐαλεριανοῦ καὶ γαλλιηνοῦ, μοῖρα σκυθῶν βαρεῖα τῶν πέραν τοῦ ἴστρου, διέβησαν εἰς τὴν ῥωμαίων. καὶ πολλὴν μὲν κατέδραμον τῆς εὐρώπης· διαβάν

οἳ καὶ εἰς τὴν ἀσίαν, τήν τε γαλατίαν, καὶ τὴν καππαδοκίαν ἐπῆλθον, καὶ πολλοὺς ἔλαβον αἰχμαλώτους, ἄλλους τε καὶ τῶν κατειλεγμένων τῷ κλήρῳ· καὶ μετὰ πολλῆς λείας ἀπεκομίσθησαν οἴκαδε. ὁ δ' αἰχμάλωτος τῶν εὐσεβῶν ὅμιλος συναναστραφέντες τοῖς βαρβάροις, οὐκ ὀλίγους τε αὐτῶν εἰς τὸ εὐσεβὲς μετεποίησαν, καὶ τὰ χριστιανῶν φρονεῖν ἀντὶ τῆς ἑλληνίδος δόξης παρεσκεύασαν. ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας γεγόνεσαν καὶ οἱ οὐρφίλα πρόγονοι, καππαδόκαι μὲν γένος, πόλεως δὲ πλησίον παρνασσοῦ, ἐκ κώμης δὲ σαδαγολθινὰ καλουμένης. ὁ τοίνυν οὐρφίλας οὗτος καθηγήσατο τῆς ἐξόδου τῶν εὐσεβῶν, ἐπίσκοπος αὐτῶν πρῶτος καταστάς· κατέστη δὲ ὧδε. παρὰ τοῦ τὴν ἀρχὴν ἄγοντος τοῦ ἔθνους ἐπὶ τῶν κωνσταντίνου χρόνων εἰς πρεσβείαν σὺν ἄλλοις ἀποσταλείς· καὶ γὰρ καὶ τὰ τῇδε βάρβαρα ἔθνη ὑποκέκλιτο τῷ βασιλεῖ· ὑπὸ εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῶν ἐν τῇ γετικῇ χριστιανιζόντων· καὶ τά τε ἄλλα αὐτῶν ἐπεμελεῖτο· καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων εὑρετὴς καταστάς, μετέφρασεν εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν τὰς γραφὰς ἁπάσας, πλήν γε δὴ τῶν βασιλειῶν, ἅτε τῶν μὲν πολέμων ἱστορίαν ἐχουσῶν, τοῦ δὲ ἔθνους ὄντος φιλοπολέμου, καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ πρὸς ταῦτα παροξύνοντος· ὅπερ ἰσχὺν ἔχει ταῦτα ποιεῖν, σεβάσμιά τε μάλιστα νομιζόμενα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου θεραπείαν τοὺς πειθομένους καταρρυθμίζοντα· ἱδρύσατο δ' ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτόμολον τοῦτον λαὸν περὶ τὰ τῆς μυσίας χωρία, ὡς ἑκάστῳ φίλον ἦν· καὶ τὸν οὐρφίλαν διὰ πλείστης ἦγε τιμῆς, ὡς καὶ πολλάκις ὁ ἐφ' ἡμῶν μωσῆς λέγειν περὶ αὐτοῦ. λίαν δ' οὗτος τὸν ἄνδρα θειάζει, καὶ τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ δόξης ἐραστὴν αὐτόν τε καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀναγράφει.

6. Ὅτι τοὺς ἐνδοτάτω ἰνδούς, ὅσοι χριστὸν ἔμαθον τιμᾶν ἐκ τῆς βαρθολομαίου τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίας, τὸ ἑτερούσιον πρεσβεύειν ὁ δυσσεβὴς φησί· καὶ τὸν θεόφιλον εἰσάγει τὸν ἰνδὸν τὸ τοιοῦτον ἀσπαζόμενον φρόνημα, παραγενέσθαι τε εἰς αὐτοὺς καὶ τὴν αὐτῶν ἐκδιηγεῖσθαι δόξαν. τὸ δὲ τῶν ἰνδῶν ἔθνος τοῦτο, σαβα μὲν πάλαι, ἀπὸ τῆς σαβα

A verò cùm in Aſiam trajeciſſent, Galatiam & Cappadociam invaſerunt. Cumque plurimos homines captivos feciſſent, inter quos non pauci erant Clerici: cum ingenti præda in patriam ſuam reverſi ſunt. Captivi igitur ac pii homines iſti, barbaris permixti, non paucos eorum ad veram pietatem traduxerūt, utq; pro Gentilium ſuperſtitione Chriſtianam religionem amplecterentur, iis perſuaſerunt. Ex horum captivorum numero fuerunt etiam majores Urfilæ, natione quidem Cappadoces, orti juxta urbem Parnaſſum, ex vico qui Sadagolthina vocatur. Hic igitur Urfila, dux
B fuit piorum hominum qui ex Gothia egreſſi ſunt, primusque eorum Epiſcopus fuit, conſtitutus hoc modo. Cùm à rege qui tunc Gothis præerat, Legatus unà cum aliis ad Imperatorem Conſtantinum miſſus eſſet: Nam & Barbaræ gentes illic poſitæ Conſtantino obſequebantur: ab Euſebio aliisque qui cum illo erant Epiſcopis, ordinatus eſt Epiſcopus Chriſtianorum qui apud Gothos degebant. Eorum itaque tum aliis in rebus maximam curam geſſit: tum proprias ipſis litteras excogitavit, & univerſos ſacræ Scripturæ libros patrio ipſorum ſermone interpretatus eſt
C exceptis libris Regnorum, eo quòd illi res bello geſtas contineant, gens autem illa bellis maxime delectetur, & fræno potius opus habeat ad bellicos impetus comprimendos, quàm calcari quo ad prælia incitentur. Maximam porro incitandi vim habent libri illi, utpote qui venerabiles maxime exiſtimentur, & credentium animos ad Dei cultum informent. Hanc igitur transfugarum multitudinem Imperator in locis Mœſiæ prout cuique viſum eſt, collocavit: Et Urfilam ipſum magno in honore habuit, adeo ut de illo loquens, ſæpe eum noſtri temporis Moſen appellaret. Cæterum Philoſtorgius hunc Urfilam miris laudibus extollit, aitque & illum, & eos qui ſub illo erant Gothos,
D ejusdem cum ipſo hæreſeos ſectatores fuiſſe.

6. Ait impius Philoſtorgius, interiores Indos qui Bartholomæi Apoſtoli prædicatione ad Chriſti cultum converſi ſunt, diſſimilem Filii ſubſtantiam profiteri. Narratq; Theophilum Indum, qui hanc ſententiā amplectebatur, ad illos veniſſe, & ſuam illis opinionem tradidiſſe. Hos autem Indos, olim quidem Sabæos, ait eſſe dictos ab urbe Saba,

quæ caput eſt totius gentis: nunc verò Homeritas vocari.

7. Ait Philoſtorgius, Euſebium, Marim & Theognium, poſt triennium Conſtantini Imperatoris juſſu ab exilio revocatos, ſymbolum hæreticæ fidei edidiſſe, & quaquaverſum miſiſſe ad everſionem ſynodi Nicænæ. Alexandrum quoque Epiſcopum Alexandriæ ab iiſdem depoſitum eſſe & excommunicatum, eo quod ad Conſubſtantialis fidem denuo reverſus eſſet. Sed & Euſtathium Antiochenſem Epiſcopum perinde ab iiſdem depoſitum eſſe, cùm puellæ cujusdam ſtuprum ac fœdæ libidinis crimen ei objeciſſent. Imperator verò eum exilio mulctavit, & in occidentis partes relegavit. Cæterum in hoc illegitimo Concilio Epiſcopos numero ducentos & quinquaginta ſediſſe ſcribit, & malorum omnium officinam illis fuiſſe Nicomediam.

8. De Agapeto ejusdem cum ipſo hæreſeos ſectatore, qui ex milite primùm quidē presbyter ſectæ ſuæ, poſtea verò Epiſcopus Synadenſis factus eſt, multa prodigioſa narrat; mortuos ab illo ſuſcitatos eſſe dicens, multasq; ægritudines expulſas & ſanatas. Alia quoq; miracula ab eodem patrata eſſe dicit, & multos Gentilium ad Chriſtianam religionem ejus opera converſos.

9. Ait Conſtantinum octavo & viceſimo Imperii ſui anno ex Byzantio Conſtantinopolim condidiſſe. Et cùm ambitum urbis illius delinearet, pedibus incedentem circumiiſſe, haſtam manu geſtantem. Cumque iis qui ipſum ſequebantur, majus quam oportebat ſpatium metiri videretur, quendam ex illis ad eum acceſſiſſe dicit, ita percontantem: Quouſque Domine? Ei verò Imperatorem his verbis reſpondiſſe: Donec ſiſtat is qui me præcedit. Quo reſponſo aperte declaravit, cœleſtem quandam virtutē ipſum manu ducere, docentem ea quæ facienda eſſent. Addit Philoſtorgius, Conſtantinum poſtea quam urbem ædificaſſet, eam appellaſſe almam Romam, quod Latine illuſtrem ſignificat. Senatum præterea ibi conſtituiſſe, & copioſum annonæ modum civibus diſtribuiſſe, & reliquum omnem civitatis ornatum magnificè adjeciſſe, ita ut honore & gloria cum ſeniore Roma contenderet.

10. Mortuo autem hujus civitatis Epiſcopo Alexandro, ait, Euſebium

μητροπόλεως, τὰ νῦν δὲ ὁ μηρίτας καλεῖσθαι.

7. Ὅτι μετὰ τρεῖς ὅλους ἐνιαυτούς φησιν Εὐσέβιον καὶ μάριν καὶ θέογνιν, ψήφῳ βασιλέως τοῦ κωνσταντίνου ἐπανόδου τυχόντας, πίστεως τὸ σύμβολον αἱρετικῆς ἐκθεῖναι, καὶ πανταχόσε διαπέμψαι, ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου· καὶ τὸν ἀλεξανδρείας ἀλέξανδρον καθελεῖν τε καὶ ἀποκηρύξασθαι, ἀνθ' ὧν ὅτι τὸ ὁμοούσιον παλιντραπέλως ἐπανέστρεφεν. ἀλλὰ καὶ εὐστάθιον τὸν ἀντιοχείας, παιδίσκης μίξιν καὶ αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀπόλαυσιν αὐτῷ ἐπιγραψαμένους, φυγὴν αὐτῷ βασιλέως ἐπιτιμήσαντος, εἰς τὴν ἑσπέραν μεθόριον ποιησάμενος. πεντήκοντα δὲ καὶ διακοσίους φησὶν εἶναι τὸ πλήρωμα τοῦ παρανόμου τούτου συνεδρίου, καὶ τὴν νικομήδειαν αὐτοῖς τῶν παρανομημάτων ποιήσασθαι ἐργαστήριον.

8. Ὅτι περὶ ἀγαπητοῦ τοῦ συναιρεσιώτου, ὃς ἐκ καταλόγου στρατιωτικοῦ, πρεσβύτερός τε κατέστη παρὰ τῶν ὁμοφρόνων, καὶ συνάδων ἐπίσκοπος ὕστερον· περὶ γοῦν τούτου πολλὰ τερατολογῶν, νεκρούς τε αὐτὸν ἀναστῆσαι λέγει, καὶ πολλῶν ἄλλων παθῶν φυγαδευτὴν γενέσθαι καὶ ἐλατῆρα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παραδόξων ἄλλων ἔργων δημιουργὸν, καὶ πολλοὺς τῶν ἑλλήνων εἰς τὸν χριστιανισμὸν μεταλλάξασθαι παρασκευάσαι.

9. Ὅτι κωνσταντῖνόν φησιν ὀκτωκαιεικοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ βυζάντιον εἰς κωνσταντινούπολιν μετασκευάσαι, καὶ τὸν περίβολον ὁριζόμενον, βάδην τε περιϊέναι, τὸ δόρυ τῇ χειρὶ φέροντα. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἑπομένοις ἐδόκει μεῖζον ἢ προσῆκε τὸ μέτρον ἐκτείνειν, προσελθεῖν τε αὐτῷ τινα καὶ διαπυθέσθαι, ἕως πόσου δέσποτα. τὸν δὲ ἀποκρινάμενον διαρρήδην φάναι, ἕως ἂν ὁ ἔμπροσθέν μου στῇ, ἐπίδηλον ποιοῦντα, ὡς δύναμίς αὐτοῦ τις οὐρανία προηγοῖτο, τοῦ πρακτέου διδάσκαλος. ἱδρυσάμενον δὲ τὴν πόλιν ἄλμα ῥώμην ὀνομάσαι, ὃ δηλοῖ τῇ ῥωμαΐδι γλώττῃ τὴν ἔνδοξον. καὶ βουλήν τε σύγκλητον τάξασθαι, καὶ σιτηρέσιον δαπανῶν αὐταρκεστάτην διανεῖμαι τοῖς οἰκήτορσι, καὶ τὸν ἄλλον ἐν αὐτῇ τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον καταστήσασθαι, ὡς ἀρκεῖν εἰς ἀντίπαλον κλέος τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ.

10. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ ταύτης τῆς πόλεως ἀρχιερέως ἀλεξάνδρου, τὸν νικομηδείας

φησιν

φησὶν εὐσέβιον, εἰς τὸν τῆς νεοκτίστου πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστῆσαι θρόνον.

11. Ὅτι τὸ δυσσεβὲς ἐπὶ τοῦ ψεύδους ὄργανον, ἀλεξάνδρου τοῦ ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, καὶ ψήφων ἄλλων ἐπ' ἄλλους φερομένων, καὶ χρόνου τινὸς ἐπὶ τούτῳ παρατεινομένου, τὸν θεῖον ἀθανάσιόν φησι περὶ δείλην ὀψίαν εἰς τὴν διονυσίου καλουμένην ἐκκλησίαν ἐπιστήσαντα, καὶ δύο τινὰς τῶν αἰγυπτίων ἐπισκόπων εὑρόντα, τὰς πύλας τε κατὰ τὸ ὀχυρώτατον μετὰ τῶν συστασιωτῶν ἐπικλεισάμενον, οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν, τῶν χειροτονούντων πολλὰ μὲν ἀνανευόντων. τῆς δὲ προσαγομένης αὐτοῖς βίας, μείζονος τῆς βουλῆς καὶ τῆς δυνάμεως γεγενημένης, τὸ δοκοῦν ἀθανασίῳ ἐπιτελεσθῆναι. καὶ ὡς ὁ παρὼν τῶν ἐπισκόπων ἄλλος ὅμιλος, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τῷ ἀναθέματι τοῦτον παρεπέμψαντο. τὸν δὲ ἀθανάσιον κρατυνάμενον τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς πόλεως πρὸς βασιλέα γράψαι τὴν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀνάρρησιν αὐτοῦ. τὸν δὲ, νομίσαντα κοινῆς βουλῆς εἶναι τὸ γράμμα, ἐπιψηφίσαι τὴν κατοχὴν τοῦ θρόνου. ὕστερον δὲ μαθόντα τὰ πεπραγμένα, εἰς τύρον τῆς φοινίκης αὐτὸν ἐξαποστεῖλαι, τῷ ἐκεῖσε συνεδρίῳ λόγον ὧν ἔδρασε δώσοντα· καὶ μόλις μὲν οὖν εἶξαι τοῖς βασιλείοις ἀπειλαῖς τὸν ἀθανάσιον· εἴξαντα δ' οὖν καὶ παραγενόμενον εἰς τύρον, ἐπὶ μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεσθαι. γύναιον δέ τι μισθωσάμενον ἑταιρικὸν, ἤδη τῷ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τὴν ἀκολασίαν στηλιτεῦον, ἐπαφεῖναι διαμηχανᾶσθαι τῷ εὐσεβίῳ, ὃς τοῦ ἐκεῖσε συνεδρίου κορυφαῖος ἐνομίζετο. τῷ διὰ τὴν συκοφαντίαν ὡς εἰκὸς ἐμπεσόντι θορύβῳ καὶ ταράχῳ, τήν τε δίκην ὑπεκκλέψαι, καὶ τὴν κρίσιν ἐκφυγεῖν διανοούμενος. φωραθῆναι δὲ τὴν σκευὴν ὁ τοῦ ψεύδους φίλος ἀναγράφει, δι' ἧς μεθόδου φασὶν οἱ εὐσεβεῖς τὸ κατὰ τοῦ μεγάλου ἀθανασίου μισθωθὲν παρὰ τῶν δυσσεβῶν πορνίδιον διελεγχθῆναι· τὸν μὲν γὰρ εὐσέβιον διαπυνθάνεσθαι τῆς ἑταιρίδος, εἰ γινώσκει αὐτῆς τὸν φθορέα. τῆς δὲ καὶ μάλα διατεινομένης, προσαναπυθέσθαι, εἰ ἄρα γε τοῦτον ὁ παρὼν χρόνος ἔχει.

A Epiſcopum Nicomediæ ad Epiſcopalem ſedem urbis recens conditæ tranſlatum fuiſſe.

11. Ait impius hic mendaciorum artifex, poſt mortem Alexandri Epiſcopi Alexandriæ, cùm variantibus Epiſcoporum ſuffragiis, plures deſignarentur Epiſcopi, & aliquantum temporis in hac altercatione tereretur, divinum Athanaſium ſub veſperam in Eccleſiam quæ Dionyſii dicitur, advolaſſe: cumq; ibi duos quoſdam Epiſcopos Ægypti repeiiſſet, januas unà cum B ſuæ factionis hominibus firmiſſimè occluſiſſe, atque ita ordinatum eſſe, multùm licet reclamantibus Ordinatoribus. Sed cùm vis illis inferretur ejuſmodi, quæ voluntatem ipſorum potentiamque ſuperabat, confectum eſſe id quod volebat Athanaſius. Addit Philoſtorgius reliquam Epiſcoporum qui tum aderant, multitudinem, Athanaſium hujus rei cauſâ anathemati ſubjeciſſe. Hunc verò, cùm res ſuas prius confirmaſſet, totius civitatis nomine litteras ad Imperatorem de ordinatione ſua ſcripſiſſe. Qui cùm eas litteras ab Alexandrinorum curia ſcriptas eſſe exiſtimaret, electionem illam ſuo ſuf- C fragio comprobavit. Poſtea verò de iis quæ acta fuerant, certior factus, Athanaſium miſit Tyrum, quæ urbs eſt Phœnices, ut ſynodo quæ ibi collecta erat, rationem geſtorum redderet. Et Athanaſium quidem Imperatoris minis ægrè ceſſiſſe ſcribit Philoſtorgius. Tandem verò cùm veniſſet Tyrum, ipſum quidem ſiſtere ſe in judicio noluiſſe: ſed meretricem quandam, quæ ipſo ventris tumore intemperantiam ſuam prodebat, mercede conduxiſſe, & adverſus Euſebium qui ſynodi illius princeps atq; Anteſignanus habebatur, per fraudem ſubmiſiſſe: tumultu illo D ac motu qui ex hujuſmodi calumnia, ut veriſimile eſt, excitandus erat, eluſurum ſe judicium, & damnationem ſubterfugiturum eſſe, arbitrantem. Sed fraudem detectā eſſe ſcribit Philopſeudes noſter eodem planè modo, quo Orthodoxi ſcortum illud, quod adverſus magnum Athanaſium ab hæreticis conductum fuerat, convictum eſſe ſcribunt. Euſebium enim ait quæſiviſſe ex meretrice, utrum ſtupratorem ſuum noſſet. Quæ cùm affirmaſſet illum ſibi probe notum eſſe. Rurſus Euſebium quæſiviſſe, num ille in præſenti Epiſcoporum conſeſſu verſaretur.

A Eam verò reſpondiſſe: Bona verba, Domine. Neque enim ego tantopere inſanio, ut tales viros fœdę libidinis inſimulem. Ex iis verò cùm veritas in lucem prodire cœpiſſet, totam fraudis machinationem patefactam fuiſſe. Et Euſebium quidem omni calumnia ſuperiorem appatuiſſe: Athanaſium verò qui judicium ſubterfugere ſperaverat, duplici judicio convictum abiiſſe, ad illegitimam ordinationem accedente ſceleſtiſſima calumnia. Atque idcirco communi omnium conſenſu depoſitionis ſententiam in eum latam eſſe. Athanaſium nihilominus frontem perfricuiſſe, ac dicere auſum, depoſitionis ſententiam ſicut & calumnias B quæ ipſi objectæ fuerant, ab Epiſcopis qui in Concilio reſidebant, per odium ac ſimultatem eſſe fabricatam, propterea quod manuum impoſitionem ab ipſis accipere recuſaret. Quamobrem Imperatorem quoque alteri Epiſcoporum ſynodo mandaſſe, ut Athanaſii cauſa examinaretur. Iſtos verò alia inſuper crimina prioribus adjeciſſe. Nam & Callinicum Confeſſorem, Epiſcopum Peluſii, compedibus ferreis vinctum, ab illo miſſum eſſe in cuſtodiam: nec deſtitiſſe Athanaſium contumelias ei inferre, donec illum è medio C ſuſtuliſſet. Tunc etiam manus Arſenii in medium prolata eſt, & Mareotes, & Iſchyras, & ſacrum poculum, & ejuſmodi alia. Has ob cauſas ait Athanaſium à ſynodo excommunicatum eſſe, & Gregorium Cappadocem in ejus locum ſubſtitutum. Et hæc quidem Philopſeudes noſter de ſancto Athanaſio falſa narrat.

12. Ait Helenam Imperatoris matrem, ad fauces ſinus Nicomediæ, urbē ædificaſſe quam Helenopolim cognominavit. Porro Helenam eo loco delectatam eſſe ob id unum, quòd cadaver D Luciani Martyris poſt coronam martyrii eò deportatum fuiſſet à Delphino.

13. Ait Lucianum Martyrem, cùm jam jam moriturus eſſet, & tyrañica vis nec Eccleſiæ, nec altaris copiam faceret: Cumq; vincula & plagæ ne quidem ut ſe commoveret, ei permitterent, ſupinum jacentem, ſupra proprium pectus tremendum ſacrificium peregiſſe, & tum ipſum participaſſe, tum aliis ut de immaculato ſacrificio participarent, copiam feciſſe. Peractum autem eſt hoc ſacrificium in carcere, cùm ſacer Chriſtianorum Chorus qui illum

τὴν δὲ φάναι, εὐφήμει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ οὕτως ἂν μαινοίμην, ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν ὥς τε καταγνῶναι. εἶτ' ἐντεῦθεν ἀρξαμένης προαγομένης τῆς ἀληθείας, τὴν ὅλην συσκευὴν ἀνακαλυφθῆναι· καὶ τὸν μὲν Εὐσέβιον κρείττω συκοφαντίας πάσης ὀφθῆναι. τὸν δὲ Ἀθανάσιον, ἀντὶ τοῦ φυγεῖν τὴν δίκην, διπλῆς ἔνοχον ἀπελεγχθῆναι, προσλαβούσης τῆς οὐκ εὐαγοῦς χειροτονίας τὴν ἐναγεστάτην συκοφαντίαν. διὸ καὶ τὴν καθαιρετικὴν ψῆφον ὁμόφωνον κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι. ἐκεῖνον μέντοι γε προσαναισχυντεῖν, καὶ λέγειν, ἀπεχθείᾳ τὴν καθαίρεσιν τῶν συνεδρευόντων διαπράξασθαι, ὥσπερ καὶ τὰς συκοφαντίας, διότι μὴ παρ' αὐτῶν ἀνάσχοιτο τὴν ἀρχιερατικὴν χειροθεσίαν ὑποστῆναι. διὸ καὶ τὸν βασιλέα ἐπιτρέψαι πάλιν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ κατὰ τὸν Ἀθανάσιον ἐξετασθῆναι. τῶν δὲ καὶ ἕτερα τῶν ἐγκλημάτων ἐπισυναθροισάσαι· Καλλίνικόν τε γὰρ τὸν ὁμολογητήν, ἐπίσκοπον τοῦ Πηλουσίου, πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον, εἱρκτῇ καταθέσθαι, καὶ μὴ διαλιπεῖν προπηλακίζοντα, ἕως ἂν αὐτὸν τοῦ ζῆν ἀπελάσοι, προσετίθεσαν ταῖς κατηγορίαις· καὶ δὴ καὶ ἡ Ἀρσενίου χεὶρ τηνικαῦτα C προεκομίσθη, καὶ ὁ Μαρεώτης, καὶ ὁ Ἰσχύρας, καὶ τὸ μυστικὸν ποτήριον, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις. ἐφ' οἷς αὐτὸν καὶ ἐκκηρῦξαι τὸ συνέδριον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι τὸν ἐκ Καππαδοκίας Γρηγόριον. ταῦτα μὲν οὖν ὁ φιλοψευδὴς κακοσόργιος περὶ τοῦ ἁγίου τερατεύεται Ἀθανασίου.

12. Ὅτι φησὶν ἡ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Νικομηδείας κόλπου πόλιν ἐδείματο, Ἑλενόπολιν αὐτὴν ἐπονομάσασα· ἀσπάσασθαι δὲ τὸ χωρίον κατ' D ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μετὰ τὸν μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθείς.

13. Ὅτι τὸν μάρτυρα Λουκιανόν φησι μέλλοντα τελευτᾶν, καὶ μήτε ναὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μεταχεῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου θύματος ἐπιτρέψαι· ἐτελέσθη δὲ ἡ ἱερουργία ἐν τῇ εἱρκτῇ, τοῦ κυκλώσαντος αὐτὸν ἱεροῦ χοροῦ

ὡς ἤδη ἀποδεικνύντα, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τοῦ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἀναπληροῦντος.

14. Ὅτι τούτου τοῦ μάρτυρος πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους μαθητὰς ἀναγράφει, οἷς καὶ εὐσέβιον τὸν νικομηδείας, καὶ μάριν τὸν χαλκηδόνος, καὶ τὸν νικαίας θέογνιν συντάττει, καὶ λεόντιον, τὸν ὕστερον γεγονότα τῆς ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, καὶ ἀντώνιον τὸν ταρσοῦ τῆς κιλικίας, καὶ μηνόφαντον, καὶ νεομήνιον, καὶ εὐδόξιον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλέξανδρον καὶ ἀστέριον τὸν καππαδόκην· οὓς καὶ ἑλληνίσαι φησὶ ἐνδόντας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ. ὕστερον δὲ ἀνακαλέσασθαι τὴν ἧτταν, συμβαλλομένου αὐτοῖς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου.

15. Ὅτι τῶν εἰρημένων ἀντώνιον μὲν καὶ λεόντιον, ἀπαράτρεπτον τὴν εὐσέβειαν διασώσασθαι λέγει. εὐσέβιον δὲ καὶ μάριν καὶ θέογνιν, συναπαχθῆναι μὲν τῇ κατὰ νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς. τὸν δὲ μάριν ἐκεῖθεν ἀνενεχθέντα, εἰς ἑτέραν αὖθις καταλισθῆσαι ἀτοπίαν, καὶ δὴ καὶ τὸν θέογνιν ὃς τὸν θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννῆσαι τὸν υἱὸν πατέρα οἴεται, ἅτε δὴ τὴν δύναμιν ἔχοντα τοῦ γεννῆσαι· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν ἀστέριον παρατρέψαι τὸ φρόνημα, ἀπαράλλακτον εἰκόνα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν υἱὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις καὶ γράμμασι διαμαρτυρόμενον.

16. Ὅτι τὸ τριακοστὸν δεύτερον ἔτος ἐπιβαίνοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κωνσταντίνου, ἐν νικομηδείᾳ φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι γράφει· ἐγγὺς δὲ τοῦ τέλους γεγονότα καὶ αἰσθόμενον τῆς ἐπιβουλῆς, διαθήκας τε γράψαι, τιμωρίαν ἀπαιτούσας τοὺς ἀνελόντας, καὶ ταύτην εἰσπράξασθαι τὸν προκαταλαβόντα τῶν παίδων κελεύσας, δέει τοῦ μή τι κἀκείνους ὑπ' αὐτῶν ὅμοιον ὑποστῆναι· δοῦναί τε τὰς διαθήκας εὐσεβίῳ τῷ νικομηδείας. τὸν δὲ ὑφορώμενον τοὺς τοῦ βασιλέως ἀδελφούς, μή ποτε ζητήσειαν αὐτάς, καὶ ἀναμαθεῖν τὰ γεγραμμένα βουληθεῖεν, ἐνθεῖναι τῇ χειρὶ τοῦ νεκροῦ τὸ βιβλίον, καὶ παραδῦσαι τοῖς ἱματίοις. ἐπιζητησάντων δ' ὡς ὑπενόει, λαβεῖν μὲν φάναι, ἀντιπαραδοῦναι δὲ πάλιν εἰς χεῖρας ὁμολογῆσαι·

A utpote morientem undique cingebat, Eccleſiæ ſpeciem referret, ac ſimul munimentum præſtaret, ne ab impiis ſpectari poſſent ea quæ gerebantur.

14. Hujus Martyris Luciani cùm multos alios diſcipulos recenſet Philoſtorgius, tum præcipuè Euſebium Epiſcopum Nicomediæ, Marim Chalcedonis, Theognin Nicææ: Leontium prætereà qui poſtmodùm Epiſcopus Antiochiæ factus eſt, & Antonium Tarſi Ciliciæ: Menophantum item & Numenium atq; Eudoxium. Alexandrum quoque & Aſterium Cappadocem: Quos etiam ait Tyrannorum cedentes violen-
B tiæ, diis Gentilium ſacrificaſſe: poſtea tamen lapſum ſuum emendaſſe, magiſtro ipſis ad pœnitentiam opitulante.

15. Ex ſupradictis autem, Antonium quidem ac Leontium integram atque illibatam pietatem ſervaſſe dicit: Euſebium verò & Theognim ac Marim à Nicæna quidem ſynodo in tranſverſum abreptos eſſe: poſtea verò ad priſtinam ſententiam rediiſſe. Marim tamen qui ad ſanam doctrinam reverſus fuerat, in alium denuò errorem prolapſum eſſe. Pari modo etiam Theognim, qui Deum etiam antequam genuiſſet filium, patrem fuiſſe exiſtimavit, utpote qui gignendi vim haberet.
C Sed & Aſterium Luciani doctrinam interpolaſſe ſcribit, quippe qui in ſcriptis & orationibus ſuis affirmet, Filium ſubſtantiæ Patris imaginem eſſe nulla in re differentem.

16. Ait Conſtantinum, cùm triceſimum ac ſecundum annum Imperii ſui ingreſſus eſſet, veneno à fratribus ſuis necatum eſſe Nicomediæ. Cumq; exitus vitæ jam inſtaret, compertis inſidiis teſtamentum ſcripſiſſe, quo mandabat, ut in auctores cædis animadverteretur: juſſiſſeque ut ex liberis ſuis is qui primus adveniſſet, pœnas de illis
D ſumeret, ne forte ipſi quoq; ſimili fraude ab illis extinguerentur. Porro teſtamenti tabulas à Conſtantino traditas eſſe Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo. Hunc verò metuentem ne Imperatoris fratres eas requirerent, & quid in illis ſcriptum eſſet cognoſcere cuperent, tabulas in mortui manus repoſuiſſe, & in veſtibus ejus occultaſſe. Cùm igitur illi, ſicut ſuſpicatus fuerat Euſebius, teſtamenti tabulas requiſiviſſent, Euſebium reſpondiſſe: Se quidem eas accepiſſe, ſed ſtatim in manus Conſtantini ipſius reddidiſſe. Poſtea

verò eundem Euſebium, cùm teſtamenti tabulas rurſus abſtuliſſet, eas tradidiſſe Conſtantio Conſtantini filio, qui fratrum ſuorum adventum præverterat. Hunc verò non multo poſt, ea quæ Pater teſtamento mandaverat executum eſſe.

17. Hic etiam impius Dei hoſtis Chriſtianos accuſat, quòd imaginem Conſtantini in Porphyretica columna ſtantem ſacrificiis placarent, & Lucernis accenſis ac ſuffitibus honorarent, vota etiam facerent ut Deo, & ſupplicationes ad depellendas calamitates peragerent.

18. Poſt mortem Conſtantini Magni, cùm omnes ubicunque qui exulabant, redeundi licentiam nacti eſſent, Athanaſium quoq; ex Galliis Alexandriam reverſum eſſe ſcribit. Cumque Gregorium mortuum eſſe didiciſſet, ex nave egreſſum, protinus ita ut erat, in Eccleſiam veniſſe ad ſedem recepiſſe, nulla ratione habita eorum qui ipſum depoſuerant.

EX LIBRO TERTIO.

1. AIT Philoſtorgius, Conſtantianum qui filiorum Conſtantini erat maximus natu, Conſtanti fratri inſidias ſtruxiſſe. Et cum ducibus ejus conſerto prælio interfectum eſſe, & portionem imperii illius, Conſtantis Imperio adjunctam fuiſſe.

2. Multis laudibus Conſtantium effert Philoſtorgius, aitq; eum Conſtantinopoli Eccleſiam ædificaſſe, quę revera & eſt & dicitur magna. Reliquias etjam Andreæ Apoſtoli ex Achaia eum tranſtuliſſe ſcribit in Eccleſiam quam ipſe abſolverat, quæ Apoſtolorum vocatur. Et juxta eam Eccleſiam patris ſui tumulum collocaſſe. Lucam præterea Evangeliſtam ex eadem Achaia ab eo tranſlatum eſſe in ſupradictam Eccleſiam. Timotheum deniq; Apoſtolum ab urbe Ioniæ Epheſo in celebrem illam ac venerabilem Baſilicam juſſu ejuſdem Conſtantii deportatum fuiſſe.

3. Ait Philoſtorgius Conſtantium, cùm Athanaſium Alexandrinam ſedem poſtliminiò recuperaſſe didiciſſet, eum quidem expuliſſe Alexandria: mandaſſe verò ut Georgius Cappadox ejus loco ordinaretur. Athanaſium itaque, cùm Imperatoris minas & inimicorum inſidias reformidaret, ad Imperatorem, qui tum in Occidentis partibus regnabat, denuò ſe contuliſſe.

A εἶτα μετὰ ταῦτα ἀνελόμενον, κωνσταντίῳ τῷ αὐτοῦ παιδὶ ἐγχειρίσαι τὸ γράμμα προφθάσαντι τοὺς ἄλλους. τὸν δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ τὰ προστάγματα τοῦ πατρὸς διαπράξασθαι.

17. Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἱσταμένην θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς χριστιανοὺς κατηγορεῖ.

18. Ὅτι τελευτήσαντος τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου φησὶ, καὶ τῶν πανταχόθι μεθορίαις ταλαιπωρουμένων ἄδειαν ἀνακλήσεως ἀξιωθέντων, καὶ ἀθανάσιόν φησι ἐκ τῶν γαλλιῶν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν παραγεγονότα, ἐπεὶ γρηγόριον ἐμεμαθήκει τετελευτηκότα, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἀπὸ τῆς νεὼς εἰς τὴν ἐκκλησίαν χωρῆσαι, καὶ τὸν θρόνον ἀναλαβεῖν, μηδένα λόγον τῶν ἀποκηρυξάντων αὐτὸν πεποιηκότα.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΟΤι κώνσταντά φησιν, ὃς ἦν πρεσβύτερος τῶν κωνσταντίνου παίδων, ἐπιβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ κωνσταντίνῳ, καὶ μάχῃ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοῦ συρραγέντα διαφθαρῆναί τε, καὶ τὴν μοῖραν τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς εἰς τὴν κώνσταντος ἀνακοινωθῆναι.

2. Ὅτι κωνστάντιον δι' ἐπαίνων ἄγει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν φησὶν αὐτὸν δομήσασθαι τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει, καὶ οὖσαν καὶ καλουμένην μεγάλην. καὶ δὴ καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον ἐκ τῆς ἀχαΐας μετακομίσαι ἐπὶ τὸν ναὸν ὃν αὐτὸς ἐξῳκοδομήσατο, τὸ κοινὸν τῶν ἀποστόλων ἐπιφερόμενον ὄνομα. οὗ πλησίον καὶ τὸν πατρῷον τάφον ἱδρύσασθαι. καὶ δὴ καὶ λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀχαΐας εἰς τὸ αὐτὸ μετενεχθῆναι τέμενος. ἀλλὰ καὶ τιμόθεον τὸν ἀπόστολον ὡσαύτως ἐξ ἐφέσου τῆς ἰωνίας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνακομίσαι περιώνυμον καὶ σεβάσμιον οἶκον.

3. Ὅτι φησὶ ὡς ὁ κωνστάντιος γνοὺς ἀθανάσιον τὸν ἀλεξανδρείας θρόνον ἀναλαβεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐλαύνει τῆς ἀλεξανδρείας, ἀντιχειροτονηθῆναι δὲ γνώμην ἀποφαίνει γεώργιον τὸν ἐκ καππαδοκίας· ὁ δὲ ἀθανάσιος δείσας καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸν ἐξ ἐπιβουλῆς θάνατον, πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικνεῖται πάλιν βασιλέα.